

## **Theologiæ Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Intellectu & Scientia Dei, ejusque Objecto. Item de  
voluntate & volitione Dei, ejusque Objecto

**Bosco, Jean a**

**Antverpiae, 1686**

Concl. I. Dividitur scientia Dei adæquatè in scientiam simplicis  
intelligentiæ, & visionis, sive in necessariam, & liberám.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73680](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73680)

eius esse. Et sic patet ex omnibus prmissis, quod in Deo intellectus intelligens, & id, quod intelligitur, & species intelligibilis, & ipsum intelligere, sint omnino unum & idem, scilicet realiter. Nam, secundum eundem Doct. ratione distinguitur intellectus ab essentia, & ab ipso intelligere; ergo similiter species intelligibilis ab essentia, & intellectus, & ab ipso intelligere. Quidni ergo formaliter hae distinguantur in sententia Scoti?

Tu considera.

294. Probat autem Felix suam sententiam; quia essentia divina per modum objecti movere potest, & terminat cognitionem; sed hoc, quod est movere, quod objectum creatum mediæ specie impressa efficit, distinguuntur à munere terminandi, ut patet; nam creatura terminant cognitionem Dei) & non movere: ergo in Deo datur ratio speciei impressæ distincta ab essentia divina. Sic ille.

295. Objecit: quod ratio speciei impressæ est accidentis, quod producit intellectionem. Item, quod species impressa presupponat objectum; sed essentia divina non presupponit creaturas: ergo non est species impressa illarum. Respondebat idem Auctor: quod totum illud, quod est imperfectionis in specie impressa, reperitur in specie creaturæ tam in Deo ponimus rationem speciei impressæ, scilicet imperfectionibus, quæ ratione speciei impressæ accidentaliter convenient; sicut in Deo constituimus intellectum per modum potentiarum, scilicet imperfectionibus, ut patet ex antedictis.

296. Majorem habet difficultatem, quod sequitur: Deus per se ipsum, ut objectum potest deter-

minare intellectum ad cognitionem sui, & aliorum: ergo frustra ad hoc ponitur species impressa. Probatur: nam Angelus per se ipsum & sine specie cognoscitur, ut docet Felix tract. de Angelis c. 4. dist. 2. ergo multò melius Deus. Resp. hic Auctor sup. n. 8. quod solùm probatur. *Responso* non esse necessariam in Deo speciem impressam, *ex eod.* realiter distinctam, quod fateor. Dixerimus est inter Deum & Angelum: nam in creatis ponitur species impressa, vel quia objectum est absens, vel quia est improportionatum cum potestis *ad hoc inter* & proportionatus, non indiger specie impressam, & propriètate ratione non debet in Deo statui species. Ceterum præter hoc species determinat, & movere intellectum ad cognitionem hujus vel illius, & ad hoc ponitur in Deo.

Instabis: ergo saltem quando Angelus se cognoscit, debemus ponere speciem impressam, si non realiter distinctam ab Angelo, aliquo modo distinctam. Respondeo: quod non inficiat hoc factum, nam nos ibi solùm negamus specie realiter distinctam & accidentalem. Secundum, nego talis speciem indistinctam in Angelos, nam omnis species impressa in creatis est accidentis, & ceteris immorata consequenter realiter distincta ab Angelo; nam *sa in creatis* potest illi abesse, et non possum Angelus à *est accidentis* cognitione cessare, ut dicam tibi diffisi. *s. Deus* autem nequit cessare à lui, & aliorum cognitione; & ita species hæc impressa est à te ipso indistincta realiter. Huc quod Felix non inconvenienter. Nec habeo, quod addam; ideo pergam ad divisionem scientiæ Dei, pro qua institutur.

## SECTIO SECUNDA DE DIVISIONE SCIENTIÆ DEI.

**H**ec ita prælibatis de existentia, & natura scientiæ Dei, sequitur explicanda ejus divisione seu qualitas, valde necessaria, ut ea, quæ dicenda sunt de objecto scientiæ, percipiamus. Neque enim hic dividitur scientia ratione sui, sive in plures & ceteras, nam Sect. præc. Concl. 3. ostendimus, scientiam Dei esse unicum & simplicissimum actum; sed ratione objecti, sive in plures terminationes ejusdem individualiter actus; idque ad plura objecta creata: etenim circa objectum in creatum sola datur scientia visionis, vel sola scientia simplicis intelligentiæ juxta varias illarum scientiarum acceptiones, ut patet ex Conclavi. sequenti, quæ talis est:

### CONCLUSIO I.

Dividitur scientia Dei adæquate in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis, sive in necessariam, & liberam.

**V**arii variè explicant scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis. Felix sup. cap. 2. Tomus I.

dist. 1. p. 1. sic ait: Scientia Dei primâ sui divisione dividitur in eam, quæ veratur circa Deum, & omnia, quæ in ipsa formaliter reperiuntur, & in eam, quæ circa creaturas veratur, ut scilicet *scientia visionis*. Quæ circa Deum veratur, vocatur scientia vi. *Scientia visionis*, quia est intuitiva & facialis. Quæ circa creaturas veratur, una est simplicis intelligentiæ, quæ tendit in creaturas sensibiles, ut tales; altera est scientia visionis, quæ respicit creaturas existentes. Citat Scotum i. dist. 10. 5. Ad argumenta, num. 14. in fine: *Hei colliguntur ex Scotio* Aliter posset dici, quod in illo priori signo originis, antequam intelligatur spiritus sanctus separari, Pater, & Filius cognoscunt spiritum sanctum, ut intuitivè, licet non ut existentem in se quia cognoscunt essentiam divinam, quæ est ratio cognoscendi intuitivè quodcumque objectum intelligibile. Sicut Trinitas cognovit creaturam, etiam intuitivè, antequam producatur; quia essentia sua, quam intueretur, est ratio perfectissimè cognoscendi intuitivè quodcumque cognoscibile, licet nullum existaret in se. Item *Item dist. 3. q. un. n. 35. ibi: Authoritates omnes Sancto-* *rum, quæ videntur sonare, omnia esse praesentia aternitati, intelligenda sunt de praesentia in ratione cognoscibiliis: & non tantum cognoscibiliis quæ cog-*

G nito-

nitione abstractiva; sicut rosa non existens est praesens intellectui meo per speciem; sed de cognitione vera intuitiva; quia non alter cognoscit Deum facta, quam sienda; & ita perfectè sunt presenti altere cognita ab intellectu divino sienda, sicut facta. Non ait: Possibilitas; sed, Sienda: id est, futura, & ita hic meminit scientiæ visionis, quæ cognoscitur res post liberum decreterum futurionis. Porò scientiæ simplicis intelligentiæ meminit Doctor Quodl. 14. n. 15. ibi: Completo autem toto isto processu originis respectu primi termini, scilicet essentiæ divinae communicante, sequitur ordo aliis respectu termini secundi, essentiæ scilicet creatibilis: & quidem essentia ipsa Divina in isto secundo ordine mouet primò ad intellectuem simplicem omnis intelligibili, id est, rei possibilis ante decreterum liberum futurionis. Nam sequitur apud Scotum: Non autem mouet ad distinctam notitiam veritatis cuiuscumque complexioris; quia si moveret determinatè ad cognoscendam alteram partem in futuris contingentibus &c.

3.  
Iac vocationis  
intuitiva, ista abstractiva.  
Smil.

Deus cognoscat res possibilis ante decreterum liberum futurionis. Quam etiam abstractivam aliqui vocant, & scientiam visionis intuitivam. Per illam (inquit Smil. tr. 3. disp. 5. n. 8.) dicitur Deus cognoscere esse essentiæ seu possibilem creaturarum; per istam verò esse existentias earum, ut ex communisentia tradit D. Tho. cum Aliis, locis mox citandis, p. 14. 3. Sent. ad Anoi. dist. 14. q. un. a. 2. dicens: In Verbo seu in Deo distinguuntur duplex cognitio, una, que, dicitur visionis, per quam videt Deus quah presentia omnia, qua sunt, erant, & fuerunt; alia dicitur simplicis intelligentiæ, per quam non solum illa scit, sed etiam omnia, quæ potest facere. Et q. 2. de Veritate, a. 9. ad 2. Scientia simplicis notitiae. & scientia visionis nullam differentiationem importat ex parte scientiæ; sed solum ex parte rei significatae; dicitur enim scientia visionis in Deo, ad similitudinem visus corporalis, qui res extra se positas intueretur. Vnde per scientiam visionis Deus scire non dicitur, nisi quia sunt extra ipsum, quae sunt vel presentia, vel praeterita, vel futura. Sed scientia simplicis notitiae etiam est eorum, quae nec sunt, nec erant, nec fuerunt, nec alio modo scit Deus ipse & illa. Ubi in primis notat D. Tho. (auditis Smil. sup.) hanc divisionem non importare distinctiones scientiarum in Deo, sed solum distinctiones terminatio-nes.

Hec distinctionis solum importat distinctiones terminatio-nes.

Smil.

Scientia visionis terminatur ad ens actuale; simplicia intelligentia ad esse possibile.

Et continuo subiungit. Propriissime tamen eriam dicitur Deus videre seipsum, itaisque perfectiones, & proprietates, quia ipse maximè est, & esse dicitur objectum scientiæ intuitivæ. Imò alia extra se posita, licet videat secundum proprium eorum esse, non tamen in se ipsis, sed in se ipso, tanquam primo objecto, cuius virtute cognoscit omne scibile. Ut ergo propositæ divisionis membræ adæquant atque exhaustant omnem

Dei scientiæ, intuitivæ appellatione comprehendendi debet omnis scientia ad ens actuale terminata, sive illud creatum sit, sive increatum. Scientia verò simplicis notitiae completere descripta fuit, quæ ad esse essentiæ seu possibilem creaturarum terminatur: si enim Deus, ut non abstractus ab esse, sed essentialiter est; sic non potest cognosci à se ipso simplici intelligentiæ, ut contra intuitivam distinguitur. Haec tenus Theodorus.

Alier hanc adæquationem explicat Poncius

sup. disp. 5. n. 34. dicens. Antiqui Scholastici cōmuoiter dividebant scientiam Dei in scientiam simplicis intelligentiæ, quam naturalem seu necessariam vocabant, & in scientiam visionis, quæ appellabant liberam. Per necessariam intelligentiam, quam Deus necessariò debebat habere, ita ut, nullâ fâ & hypothesi possibili, posset è ea rere; & talis est, quam habet de seipso, & omnibus prædicatis, necessariò competentibus ipsi, & etiam de omnibus possibilibus, quæ talibus.

Cur autē vocaverint illam simplicis intelligentiæ, nescio; nisi quia placuit eo nomine eam ab altero fecerint. Per scientiam visionis accipiebant eam, quam Deus posset absolutè, & facta suppositione aliquâ possibili, non habere, & talis est, quam haber de omnibus objectis, liberè productis, ac producendis, quatenus cognoscit de iis, quod producuntur vel producendi; cum enim liberè producti sint, aut producendi, possibile absolute esset, quod Deus non cognovisset, quod essent producti aut producendi.

Dificultas jam est, sed mèrè de nomine; an scientia Dei adæquate dividatur in hæc duo membra. Respondeo autem, si per scientiam visionis intelligatur scientia libera, quæ absolutè carere Deus posset, omnino divisionem esse adæquatam: quia non potest Deus ullam habere scientiam, nisi aut quæ carere non potest, aut quæ potest. Si non potest, erit scientia necessaria & simplicis intelligentiæ; si potest, erit libera & conseqüenter visionis. Sic ille. Ex his patet, quod sup. dixi, scientiam Dei circa objectum increatum vel tantum esse simplicis intelligentiæ, juxta hanc expositionem, vel dumtaxat visionis juxta præcedentem.

Cæterum Smil. sup. n. 14. exigit divisionem hanc intelligendæ esse non secundum dialecticum dividendi rigor, secundum quæ neesse est, membræ divisionis re, vel ratione adæquata esse condistinctæ, seu non coincidere ullo modo in illo genere distinctionis, de quo agitur; sed esse traditiæ divisionem nihil aliud, quam consideratione divina scientia secundum rationem adæquata, & inadæquata. Hæc autem ratio inadæquata appellabitur simplex intelligentia, quatenus scientia divina præcisè consideratur, ut terminatur ad essentiam creatam, & dici potest abstractiva, quia quæ talis non postulat causâ ab essentiâ præsente in se, vel in alio, in quo eminenter continetur. Quia tamen scientia divina tota & adæquate spectata, seu ut in Deo est, postulat causâ ab objecto præsente, scilicet essentiam divinam, in qua eminenter omne representabile continetur, sive si ens actuale,

4. Explicatio  
barum sc  
eniarum  
ex Ponciis

Vna applica-  
tione libe-  
ra, aliara  
messoria.

5.  
An destr  
famia  
media.

6.  
4.  
dissim  
um su  
arum  
Penit.  
applic  
alora  
ffaria.

Negat Fe  
fir & pro  
bat.

Responso  
Adversari  
orum.

dissim  
is si  
quata.

Impugna  
tur & Felicis.

Smif.

7.  
Omnis pro  
positionem conditionalem continere duas  
propositio  
nem categoricas: quarum una vocatur Antecedens,  
altera Consequens conditionalis, ut hæc: *Si sol  
lucet, dies est, illas, Sol lucet, dies est;* & utraque  
cognoscitur absolute, licet Conseq. cognoscatur  
eius ordine ad Antecedens, adeoque non absolu  
te, quatenus absolute opponitur comparativo,  
benè autem absolute, prout absolute opponitur

sive potentiæ, hinc simpliciter dici debet co  
gnitio intuitiva, ita quod etiam essentias  
rerum Deus intuitivè cognoscat. Atque hæc  
scientia dici poterit visionis, quatenus non so  
lum terminatur ad essentias, sed etiam ad exi  
stentias rerum, ut infra videbimus.

Imprætentiarū controvertitur, an hæc divi  
sio sit adæquata, utique propter scientiam mediā,  
quā Deus futurum sub conditione cognoscit,  
ante decretum absolutum suæ voluntatis; v.g.  
*Si vocavero Petrum, Petrus respondebit.* Et hanc  
scientiam Aliqui reducent ad scientiam simpli  
cis intelligentiæ: Alii ad scientiam visionis.  
Nonnulli volunt, absolutè vocandam esse me  
diā, ita ut illa divisio non sit adæquata. Sed  
(inquit Felix sup.n. 2.) hæc quæstio est de no  
mine: nam Patroni hujus solum intendunt, ut  
Deus cognoscat futura conditionata ante actu  
uale decretum suæ voluntatis: sed quod scientia  
media, quā illa cognoscit, vocetur visionis,  
vel simplicis intelligentiæ, quæstio est de no  
mine. Et actetur subiectio n. 3. Ego autem  
semper existimavi, dictam divisionem esse adæ  
quatan, & non dari scientiam medium. Pro  
batur: nam omnis creatura vel habet esse possi  
bile & diminutum, & cognoscitur per scientiam  
simplexis intelligentiæ, vel habet esse futurum,  
& cognoscitur per scientiam vi  
sionis. Respondent, quod est ens medium,  
scilicet futurum sub conditione v.g. *Si voca  
vero Petrum, Petrus respondebit.* Ly Petrus respon  
debit, non est absolute existens, neque abolutè  
possibile: ergo medium: ergo circa illud da  
tur scientia media. Sed contra: nam tale objec  
tum solum est absolutè possibile: quia tunc  
Deus solum cognoscit naturam visionis, &  
connectionem, qua est inter vocationem Dei,  
& responditionem Petri; sicut cognoscit naturam  
ignis, quod si applicetur, calefaciet; & ita tale  
objectum solum in nomine, & grammaticaliter  
est futurum, nam in re tantum est absolutè  
possibile. Hucusque Felix. Immo omnia pos  
sibilis ita sunt futura, scilicet sub conditione,  
& Deus decernat ea producere. Quod si suppos  
nas decretum Dei conditionatum, jam illa fu  
tura erunt objectum scientiæ visionis, & abso  
lute, ut docet Smiling tract. 3. disp. 2. n. 164.  
Visionis quidem, quia adeò perfectè termina  
tur ad existentiam futuri sub conditione, ac  
terminaretur ad illam, si conditione positâ, ip  
sa existentia futuri in aliqua temporis dif  
ferentia ponetur: hoc autem ad visionem  
seu intuitivæ cognitionis sufficit; nec requiritur,  
ut res in eis sit præsentis. Est autem absolute, quia  
licet non terminetur ad futurum abolutè, tamè  
absolute terminatur ad futurum sub conditione.

Pro eius intellectu advertendum, omnem  
propositionem conditionalem continere duas  
propositio  
nem categoricas: quarum una vocatur Antecedens,  
altera Consequens conditionalis, ut hæc: *Si sol  
lucet, dies est, illas, Sol lucet, dies est;* & utraque  
cognoscitur absolute, licet Conseq. cognoscatur  
eius ordine ad Antecedens, adeoque non absolu  
te, quatenus absolute opponitur comparativo,  
benè autem absolute, prout absolute opponitur

conditionali. Quod in syllogismo categorico.  
seu Consequentia categorica patet, ubi nemo  
dicit, Consequens esse conditionalis, sed est ab  
solutum, licet habeat connexionem cum Ante  
cedente, & ut sic comparativè terminet assen  
sum conclusionis; unde idem est in Antecedente  
& Consequente conditionalis propositi  
nis, que non aliud, quam quædam Consequen  
tia est; hoe solum intercedente discrimine, quod  
Antecedens conditionalis non affirmatur,  
quemadmodum affirmatur Antecedens categori  
ca Consequentia, sed solum sub conditione  
proponitur, quā supposita, tam est absoluta  
Consequentialia in conditionali propositione,  
quam in syllogismo categorico.

Atque ita sit, ut scientia futuri contingentis  
sub conditione non sit conditionata, sed ablo  
luta appellanda; ideoque veteres Scholastici,  
divinam scientiam adæquatè dividentes in sci  
entiam simplicis intelligentiæ, & visionis, qua  
rum illa ad esse essentiæ, hæc ad esse existentiæ  
rerum abolutè terminetur, non constituerunt  
aliquam medium, quæ ad esse existentiæ rerum  
terminetur sub conditione, quam Recentiores  
satis in propriè conditionata appellant, non  
attendentes, aliud esse, quod scientia totius  
complexi conditionalis sit conditionalis; aliud  
vero, quod scientia, terminata ad Consequens  
complexionis conditionalis sit conditionalis;  
illud enim verum est, hoc falsum, nec est con  
fundenda scientia Consequentialis cum scientia  
Antecedentis, ut patet, licet ordinè quodam,  
& per aggregationem totius complexionis una  
scientia dici possit: quæ aggregatio, sicut in  
nobis est secundum plures actus, ita in Deo se  
cundum plures terminaciones ejusdem indivisi  
bis actus, quo novit omne verū. Re tamè intel  
lectu, non est de hac nominis quæstione multum  
contendendum; sed si quis velit scientiam con  
ditionata appellare, parum refert. Haec tenus  
Theodorus. Satis prolixè pro quæstione de no  
mine. Quæstio autem realis est, an detur talis  
scientia sive absoluta, sive conditionata in Deo  
ante omne decretum actuale, & absolutum,  
eius resolutionem reservamus ad alium lo  
cum, magis opportupum: nam mēreitur singu  
larem Conclusionem propter maximas diffi  
cultates, quas in se continet.

Pergo nunc ad scientiam approbationis, &  
reprobationis, quæ non videntur contineri sub  
prioribus membris; atque adeò priorem divi  
sionem arguunt inadæquationis. Sed dicendum  
cum Smiling, tr. 3. disp. 5. n. 16. scientiam ap  
probationis (quam vocant) non esse aliud,  
quam scientiam visionis, vel simplicis notitiae,  
quatenus complacentiam voluntatis annexam  
habet. Unde non est aliud scientia approbatio  
nis, vel reprobationis, quænam objecti approbati,  
vel reprobati scientia. Quia autem illud objec  
tum potest considerari vel in potentia, seu es  
se possibili, vel in actu, seu esse actuali, hinc sci  
entia approbationis, vel reprobationis potest dici  
visionis, aut simplicis intelligentiæ. Quod expli  
cat Felix sup. n. 4. in fine: Approbationis scientia  
solum addit actu voluntatis, quo complacet

Scientia fu  
turi contingen  
tis sub condi  
tione  
est abso  
luta.

Impropri  
ab aliqui  
bus vocatu  
ta, juxta  
ta, Smif.

Scientia ap  
probationis  
& reproba  
tionis.

Deus in re futura, & ita est scientia visionis; vel quo vult illam producere, & ita est scientia simplicis intelligentiae: idem dico proportionali modo de scientia reprobationis. Sic ille. Ignitur reprobationis scientia solùm addit actum voluntatis, quo Deus displicet in re futura, & ita est scientia visionis; quia sequitur decretum futuritionis; vel quo non vult illam producere, & ita est scientia simplicis intelligentiae; quia præcedit decretum futuritionis: v.g. Deus videt peccatum fieri ab homine, & illi displicet; vel cognoscit aliquid possibile, & habet voluntatem non faciendi illud. Consimiliter, Deus videt bonum opus fieri ab homine, & illi placet; vel cognoscit aliquid possibile, & habet voluntatem illud faciendi. De scientia approbationis exponitur illud, quod habetur Gen. 1. v. 31. *Vidit Deus cuncta, que fecerat, & erant valde bona.* Et quod legitur Habac. 1. v. 13. *Mundi sunt oculi tui, ne videamus malum, & respice ad iniuriam non poteris, scilicet eam approbando.* Alioqui scriptum est Psal. 68. v. 6. *Delicta mea a te non sunt abscondita, quia reprobata.* Et sic dicitur Math. 7. v. 23. *Tunc consuebor illis, quia nunquam novi vos.* Et c. 25. v. 12. *Amen dicte vobis, nescio vos.* Et Luc. 13. v. 25. *Nescio, vos unde sitis. Scilicet, scientia approbationis; quāvis optimè nolset scientia reprobationis.*

**IO.**  
Quomodo  
Deus sciat  
male culpa.  
Smis.

Dico (inquit Smisag. sup.) Deum seire mala culpæ scientia simplicis intelligentiae, & visionis, non quomodocumque, sed tanquam reprobata; acedique scientia abstractivæ, & intuitivæ reprobationis. Sic ille. Si autem à me quaeritur, an simplex intelligentia, sive approbationis, sive reprobationis bene restrigatur ad rem non existentem, & vix ad rem existentem. Respondeo & erit

## CONCLUSIO II.

Simplex intelligentia cognoscit res, quæ actu existunt, secundum rationem possibilis, & est quodammodo intuitiva.

**II.**  
Felix.  
Varia sup-  
posta pro  
intelligentia  
Conclusion.

D'Ubium est (utor verbis Felicis sup. n. 6.) an objecta harum scientiarum (simplicis intelligentiae, & visionis) ita differant inter se, ut scientia simplicis intelligentiae nullo modo cognoscat res existentes, neque scientia visionis res possibles. Et suppono, quod sermo est de re possibili secundum esse formale, quod habet à Deo; non vero secundum esse virtuale: nam ut sic, cum sit ipse Deus, per scientiam visionis cognoscitur. Suppono secundo, quod esse actuale est quid diversum, saltem secundum statum, ab esse possibili. Suppono tertio, quod per scientiam simplicis intelligentiae non solùm cognoscuntur quidditas rei, v.g. hominis; sed etiam existentia ejus quoad quidditatem, & esse possibile. Suppono quartio, quod per sci-

entiam visionis non cognoscitur possibile: nam hæc scientia reficit existentiam actualem, ad quam supponitur decretum, & possibile est ante decretum. Difficultas solùm est, an per scientiam simplicis intelligentiae cognoscatur Deus, quæ actu existunt sub ratione possibilis. Sic ille. Rogas, quid respondeat ad hanc difficultatem? Attende: Dico (inquit n. 8.) Deum cognoscere scientia simplicis intelligentiae, quæ actu existunt, secundum rationem possibilis. Probat suum dictum: quia talis possibilis est cognoscibilis: sed prout distincta, & abstracta habens ab existentia rei non terminat scientiam visionis; ergo terminat scientiam simplicis intelligentiae. Secundò: quia possibilis est idea, instar cuius Deus ad extra producit creaturam: ergo, cum talis idea perseveret in Deo, adhuc creatura actualiter producta erit à Deo cognita, non scientia visionis; ergo scientia simplicis intelligentiae. Ita Felix. Si dixeris: talis scientia Objec. simplicis intelligentiae erit abstractiva, quæ non est ponenda in Deo de re actu existente; quia dicit imperfectionem: ergo illa non cognoscit rem existentem. Respondeat præfatus Auctor sup. n. 9. scientia simplicis intelligentiae etiam terminatur ad existentiam rei secundum rationem, & quidditatem ejus: nam de rosa mihi presente habeo scientiam quidditatem: de ratione enim scientia abstractiva solūm est, quod eadem maneat, sive objectum sive præsens, sive absens. Sic ille.

Enimvero scientiam abstractivam posse terminari ad rem, ut existentem, & præsentem, docet Smisag. tract. 2, disput. 6. num. 5. Et quod ad existentiam attinet, est aperte Scotti 2. dist. 3. q. 11. n. 12. qui sic incepit: Terribilis dico, quod quantumcumque habebet (Angelus) concretam sibi notitiam singulari, & notitiam existentia contingentia; tamen cognitionem intuitivam singularium necessario accipit à rebus: non enim omnia cognoscens existentiam aliquius cognoscit ipsam intuitivè, quia potest ipsam cognoscere abstractivè. Nam cognitionem intuitivam singularium non potest habere (Angelus) in Verbo, ubi tamen cognitionem existentia habet: & id est ad cognitionem intuitivam rei necessario concurreat objectum reale, vel ipsa res ut præsens. Et Quodl. 7. n. 8. ait: *Etsi cognitione abstractiva potest esse non existentia, scit & existens; tamen intuitiva non est, nisi existens, ut existens est.* Item Quodl. 13. n. 10. Ad secundum (inquit) concedit potest, quod sunt duo cognitiones (intuitiva & abstractiva) eiusdem objecti simul, si quod non distinguatur objectum ab objecto, scit essentia ab existentia: quia licet inter ista sit aliqua distinctio objecti; tamen non sufficiens ad propositionem: quia etiam ipsa existentia potest cognosci cognitione abstractivæ. Sicut enim essentiam, scit existentiam possum intelligere, licet non sit realiter extra intellectum.

Et verò idem Doctor 2. dist. 3. q. 9. ut alibi vidimus, concedeit Angelo ab initio creationis infusa notitiam abstractivam distinctam essentia divina, non præcisè, prout distinguuntur ab attributis, & modis intrinsecis; sed prout distin-